Videtis igitur, Venerabiles Fratres, quale demum Nobis vobisque pariter officium sit demandatum: ut consociationem hominum, a Christi sapientia aberrantem, ad Ecclesiae disciplinam revocemus; Ecclesia vero Christo subdet, Christus autem Deo. Quod si, Deo ipso favente, perficiemus, iniquitatem cessisse aequitati gratulabimur, audiemusque feliciter *vocem magnam de coelo dicentem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius* (7) — Hic tamen ut optatis respondeat exitus, omni ope et opera eniti opus est ut scelus illud immane ac detestabile, aetatis huius proprium, penitus eradamus, quo se nempe homo pro Deo substituit: tum vero leges Evangelii sanctissimae ac consilia in veterem dignitatem vindicanda; adserendae altius veritates ab Ecclesia traditae, quaeque

(1) Is. XXXII, 17. — (2) I. Cor. III, 11. — (3) Io. X, 36. — (4) Hebr. I, 3. — (5) Matth. XI, 27. — (6) Hom. de capto Eutropio, n. 6. — (7) Apoc XII, 10.

eiudem sunt documenta de sanctitate coniugii, de educatione doctrinaque puerili, de bonorum possessione atque usu, de officiis in eos qui publicam rem administrant; aequilibritas demum inter varios civitatis ordines christiano instituto ac more restituenda. — Nos profecto haec Nobis, Dei nutui obsequentes, in pontificatu prosequenda proponimus, ac pro virili parte prosequemur. Vestrum autem erit, Venerabiles Fratres, sanctitate, scientia, agendorum usu, studio cum primis divinae gloriae, industriis nostris obsecundare; nihil aliud spectantes praeterquam ut in omnibus *formetur Christus* (1).

Iam quibus ad rem tantam utamur adiumentis, vix dicere oportet; sunt enim de medio sumpta. — Curarum haec prima sunt, ut Christum formemus in iis, qui formando in ceteris Christo officio muneris destinantur. Ad sacerdotes mens spectat, Venerabiles Fratres. Sacris namque quotquot initiati sunt, eam in populis, quibuscum versantur, provinciam sibi datam norint, quam Paulus suscepisse testatus est amantissimis iis verbis: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* (2). Qui tamen explore munus queant, nisi priores ipsi Christum induerint? atque ita induerint, ut illud Apostoli eiusdem usurpare possint: *Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus* (3). *Mihi vivere Christus est* (4). Quamobrem, etsi ad fideles omnes pertinet hortatio *ut occurramus in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi* (5); praecipue tamen ad illum spectat qui sacerdotio fungitur; qui idcirco dicitur *alter Christus*, non una sane potestatis communicatione sed etiam imitatione factorum, qua expressam in se Christi imaginem praeferat.

Quae cum ita sint, quae vobis quantaque, Venerabiles Fratres, ponenda cura est in clero ad sanctitatem omnem formando! huic, quaecumque obveniant, negotia cedere necesse est. Quamobrem pars potior diligentiarum vestrarum sit de seminariis sacris rite ordinandis moderandisque, ut pariter integritate doctrinae et morum sanctitate florent. Seminarium cordis quisque vestri delicias habetote, nihil plane ad eius utilitatem omittentes, quod est a Tridentina Synodo providentissime constitutum. — Quum vero ad hoc ventum erit ut candidati sacris iniciari debeant, ne quaeso excidat animo quod Paulus Timotheo perscripsit: *Nemini cito manus imposueris* (6); illud attentissime reputando, tales plerumque fideles futuros, quales fuerint quos sacerdotio destinabitis. Quare ad privatam quancumque utilitatem respectum ne habetote; sed unice spectetis Deum et Ecclesiam et sempiterna animorum commoda, ne videlicet, uti Apostolus praecavet, *communicetis peccatis alienis* (7). — Porro sacerdotes initiati recens atque ex seminario digressi industrias vestras ne desiderent. Eos ex animo hortamur, pectori vestro, quo coelesti igne calere oportet, admovete saepius, incendite, inflammate ut uni Deo et lucris animorum inhient. Nos equidem, Venerabiles Fratres, diligentissime providebimus ne homines sacri cleri

(1) Gal. IV 19. (2) Gal. IV, 19. — (3) Gal. II, 20. — (4) Philip. I. 21. — (5) Ephes. IV, 3. — (6) I. Tim. V. 22. — (7) Tim. I. V, 22. —

ex insidiis capiantur novae cuiusdam ac fallacis scientiae, quae Christum non redollet, quaeque, fucatis astutisque argumentis *rationalismi* aut *semirationalismi* errores invehere nititur; quos ut caveret iam Apostolus Timotheum monebat, scribens : *Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidem promittentes, circa fidem exciderunt* (1). Hoc tamen non impeditur quo minus laude dignos existimemus illos e sacerdotibus iunioribus, qui utilium doctrinarum studia, in omni sapientiae genere, persequuntur, ut inde ad veritatem tuendam atque osorum fidei calumnias refellendas instructiores fiant. Veruntamen celare haud possumus, quin etiam apertissime profitemur, primas Nos semper delaturos iis qui, quamvis sacras humanasque disciplinas minime praetereunt, proxime nihilosecius animorum utilitatibus se dedant, eorum procreatione munerum, quae sacerdotem deceant divinae gloriae studiosum. *Tristitia Nobis magna est et continuus dolor cordi Nostro* (2), quum cadere etiam in aetatem nostram conspicimus Ieremiae lamentationem : *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis* (3) Non enim de clero desunt, qui, pro cuiusque ingenio, operam forte navent rebus adumbratae potius quam solidae utilitatis: at verum non adeo multi numerentur qui, ad Christi exemplum, sibi sumant Prophetae dictum : *Spiritus Domini unxit me, evangelizare pauperibus misit ne, sanare contritos corde, praedicare captivis remissionem et coecis visum* (4). — Quem tamen fugiat, Venerabiles Fratres, quum homines ratione maxime ac libertate ducantur, religionis disciplinam potissimum esse viam ad Dei imperium in humanis animis restituendum? Quot plane sunt qui Christum oderunt, qui Ecclesiam, qui Evangelium horrent ignoratione magis quam pravitate animi! de quibus iure dixeris : *quaecumque ignorant blasphemant* (4). Idque non in plebe solum reperire est aut in infima multitudine, quac ideo in errorem facile trahitur; sed in exultis etiam ordinibus atque adeo in iis, qui haud mediocri eruditione ceteroqui polleant. Hinc porro in plerisque defectus fidei. Non enim dandum est, scientiae progressibus extingui fidem, sed verius inscitia; ut idcirco ubi maior sit ignorantia, ibi etiam latius pateat fidei defectio. Quapropter Apostolis a Christo mandatum est: *Euntes, docete omnes gentes* (6.)

Nunc autem, ut ex docendi munere ac studio fructus pro spe edantur atque in omnibus *formetur Christus* id penitus in memoria insideat, Venerabiles Fratres, nihil omnino esse caritate efficacius. *Non enim in commotione Dominus* (4). Allici animos ad Deum amariore quodam conatu, speratur perperam: quin etiam errores acerbius increpare, vitia vehementius reprehendere damno magis quam utilitati aliquando est. Timotheum quidem Apostolus hortabatur: *Argue, obsecra, increpa*; attamen addebat: *in omni patientia* (8). — Certe eiusmodi nobis exempla prodidit Christus. *Venite, sic ipsum alloquutum legimus, venite ad me omnes qui laboratis*

(1) I. Tim VI, 20. s. — (2) Rom. IX, . — (3) Thren IV, 4. (4.) Lue. IV, 18—19.  
— (5) Iud. II, 10 — (6) Matth XXVIII. 19 — (7) III. Reg. XIX, 11. — (8) II. Tim. IV, 2.

*et onerati estis, et ego reficiam vos* (6). Laborantes autem oneratosque non alios intelligebat, nisi qui peccato vel errore tenerentur. Quanta enimvero in divino illo magistro mansuetudo! quae suavitas, quae in aerumnosos quoslibet miseratio! Cor eius plane pinxit Isaias iis verbis: *Ponam spiritum meum super eum; non contendet neque clamabit; arundinem quassalam non confringet et linum fumigans non extinguet* (7). — Quae porro caritas, patiens et benigna (8) ad illos etiam porrigitur necesse est, qui sunt nobis infesti vel nos inimice insectantur. *Maledicimur et benedicimus*, ita de se Paulus profitebatur, *persecutionem patimur et sustinemus blasphemamur et obsecramus* (9) Peiores forte quam sunt videntur. Consuetudine enim aliorum, praeiudicatis opinionibus, alienis consiliis et exemplis, malesuada demum verecundia in impiorum partem translati sunt: attamen eorum voluntas non adeo est depravata, sicut et ipsi putari gestiunt. Quidni speremus christianaे caritatis flammam ab animis caliginem dispulsuram atque allaturam simul Dei lumen et pacem? Tardabitur quandoque forsitan laboris nostri fructus; sed caritas sustentatione nunquam defatigatur memor non esse a Deo proposita laborum fructibus sed voluntati.

Attamen, Venerabiles Fratres non ea Nobis mens est ut, in toto hoc opere tam arduo restitutionis humanarum gentium in Christo, nullos vos clerusque vester adiutores habeatis. Scimus mandasse Deum unicuique de proximo suo (10). Non igitur eos tantum, qui sacris se addixerunt, sed universos prorsus fideles rationibus Dei et animorum adlaborare oportet: non marte utique quemque suo atque ingenio, verum semper Episcoporum ductu atque nutu; praeesse namque, docere, moderari nemini in Ecclesia datur praeter quam vobis, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei* (1). — Catholicos homines, vario quidem consilio at semper religionis bono, coire inter se societatem, Decessores Nostri probavere iamdiu bonaque precatione sanxerunt. Institutum porro egregium Nos etiam laudatione Nostra ornare non dubitamus, optamusque vehementer ut urbibus agrisque late inferatur ac floreat. Verum enimvero consociationes eiusmodi eo primo ac potissimum spectare volumus, ut quotquot in illas cooptantur christiano more constanter vivant. Parum profecto interest quaestiones multas subtiliter agitari, deque iuribus et officiis eloquenter disseri, ubi haec ab actione fuerint seiugata. Postulant enim actionem tempora; sed eam quae tota sit in divinis legibus atque Ecclesiae praescriptis sancte integreque servandis, in religione libere aperteque profitenda, in omnigenae demum caritatis operibus exercendis, nullo sui aut terrenarum utilitatum respectu. Illustria eiusmodi tot Christi militum exempla longe magis valitura sunt ad commovendos animos rapiendosque quam verba exquisitaeque disceptationes; fietque facile ut, abiecto metu depulsis praeiudiciis ac dubitationibus, quamplurimi ad Christum traducantur provehantque ubique notitiam eius et amorem; quae ad germanam solidamque

(1) Matth. XI, 28. — (2) Is. XLII, I. s. — (3) I. Cor. XIII, 4. — (4) Ibid. IV. 12. s.

— (5) Eccli. XVII, 12. (6) Act. XX. 28.

beatitatem sunt via. Profecto si in urbibus, si in pagis quibusvis praecepta Dei tenebuntur fideliter, si sacris erit honos, si frequens sacramentorum usus, si cetera custodientur quae ad christianae vitae rationem pertinent; nihil admodum, Venerabiles Fratres, elaborandum erit ulterius ut omnia in Christo instaurentur. Neque haec solum coelestium bonorum prosequutionem spectare existimentur: iuvabunt etiam, quam quae maxime, ad huius aevi publicasque civitatum utilitates. His namque obtentis, optimates ac locupletes aequitate simul et caritate tenuioribus aderunt, hi vero afflictioris fortunae angustias sedate ac patienter ferent; cives non cupiditati sed legibus parebunt; principes et quotquot rempublicam gerunt, quorum *non est potestas nisi a Deo* (1), vereri ac diligere sanctum erit. Quid plura? Tunc demum omnibus persuasum fuerit debere Ecclesiam, prout ab auctore Christo est condita, plena integraque libertate frui nec alienae dominationi subiici; Nosque, in hac ipsa libertate vindicanda, non religionis modo sanctissima tueri iura, verum etiam communi populorum bono ac securitati prospicere. Scilicet *pietas ad omnia utilis est* (2): eaque incolumi ac vigente, *sedebit reapse populus in plenitudine pacis* (3).

Deus, *qui dives est in misericordia* (4), hanc humanarum gentium in Christo Iesu instaurationem benignus festinet; *non enim volentis opus neque currentis, sed miserentis est Dei* (5). Nos vero, Venerabiles Fratres, *in spiritu humilitatis* (6), quotidiana et instanti prece id ab Eo contendamus ob Iesu Christi merita. Utimur praeterea praesentissima Deiparae impetracione: cui conciliandae Nobis, quoniam has litteras die ipsa damus, quae recolendo Mariali Rosario est instituta; quidquid Decessor Noster de octobri mense Virgini augustae dicando edixit, publica per tempora omnia eiusdem Rosarii recitatione, Nos pariter edicimus et confirmamus; monentes insuper ut deprecatores etiam adhibeantur castissimus Dei Matris Sponsus catholicae Ecclesiae patronus sanctique Petrus et Paulus apostolorum principes.

Quae omnia ut rite eveniant et cuncta vobis pro desiderio fortunentur, divinarum gratiarum subsidia uberrime exoramus. Testem vero suavissimae caritatis, qua vos et universos fideles, quos Dei providentia Nobis commendatos voluit, complectimur, vobis, Venerabiles Fratres, clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime in Domino imperfimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IV octobris MCMIII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIVS PP. X.

(1) Rom. XIII. 1. — (2) I. Tim IV, 8. — (3) Is. XXXII, 18 — (4) Ephes. II, 4. —

(5) Rom. IX, 16. — (6) Dan. III, 39.

3259

1903.

Fer. VI, 18 Julii 1903.

Supremae Congregationi S. Officii propositum fuit enodandum sequens Utrum in facultate dispensandi ab impedimentis matrimonialibus „in articulo mortis“ facultas comprehendatur problem legiti mandi.

dubium :

Utrum per literas die 20 Februarii 1888, quibus locorum Ordinariis facultas conceditur dispensandi aegrotos in gravissimo mortis periculo constitutos super impedimentis matrimonium iure ecclesiastico dirimentibus, firmis conditionibus et exceptionibus in iisdem literis expressis, ac per posteriores literas diei 1 Martii 1889, quibus declaratur huiusmodi facultatem parochis subdelegari posse, intelligatur concessa etiam facultas declarandi ac nunciandi legitimam prolem spuriam, forsitan a concubinariis, vigore dictae facultatis dispensandis susceptam, prout a S. Sede in singulis casibus particularibus dispensationum matrimonialium concedi solet ; — an contra pro suscep- tae prolis legitimatione necesse sit novam gratiam a S. Sede postea impetrare.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita ceram EEmis ac RRmis Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

„Affirmative quoad primam partem, excepta prole adulterina et prole proveniente a personis Ordine Sacro aut solemnni Professione Religiosa ligatis, facto verbo cum SS.mo. — Quoad secundam partem, provisum in prima.“

Sequenti vero Fer. V, die 8 eiusdem mensis et anni, SS.mus D. N. Leo Pp. XIII. per facultates Emo Cardinali huius Supremae Congregationis Secretario impertitas, resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobare dignatus est.

I. Can. MANCINI,

S. R. et U. Inquisit. Not.

3260

1903.

Augustinus Herr parochus Véméndensis, annum agens 66., emphysemate et astmate laborans juxta testimonum medici et vota confratrum districtualium servitii ecclesiasticis subeundis est inhabilis, quapropter inde ab exordio a. 1904. rudedonari et pensione annua provideri petit.

Puncto 8-o statutorum instituti pensionalis conformiter ideo provoco VV. Fratres, ut quoad pensionem Augustino Herr a 1-a Januarii a. 1904. liquidandam vota sua etiam extra coronam usque 10-am Decembris a. c. ad Officium dioecesanum promoveant

3261

1903.

Resultatum  
examinis  
prosynodalis.

Examen prosynodale diebus 29-a et 30-a Septembris a. c. asservatum subierunt: *Vincentius Hajdinya k, Julius Koch, Julius Lajos, Emericus Moyzis, Josephus Palkó et Colomannus Varga h.*

Omnis ad sexennium sunt approbati; Julius Lajos, Josephus Palkó, Colomannus Varga laude, Emericus Moyzis laude et praemio Kraliano distingui promeruerunt.

3262

1903.

Facultas  
orientalis in  
Universitate  
S. Joseph in  
urbe Bey-  
routh erecta.

Attentis adiumentis, quae studia orientalia diversis scientiarum generibus afferunt, universitas s. Josephi in urbe Beyrouth in Syria, ut votis iteratis multorum satis fieret, facultate orientali est aucta, in qua historia, geographia, archaeologia et linguae orientales necnon epigraphia, antiquitates et institutiones graeco-romanae cultivantur, Cursus completus triennio, minus completus biennio absolvitur. Qui cursu absoluto thesem aliquam scripto defendunt, ad gradum Doctoris facultatis orientalis promoveri possunt.

3263

1903

Hittudori  
rang az  
osztrák egye-  
temeken.

A ft. papság tájékoztatása céljából tudomására adom, hogy a cs. kir. osztrák vallás- és közoktatásügyi miniszterium f. é. ápril hó 8-án kibocsátott rendeletében a hittudori rang elnyerésére nézve a következő határozatokat hozta. A rendelet intézkedései az összes osztrák egyetemekre, továbbá az olmützi és szalzburgi theol. karokra vonatkoznak.

A jelen 1903/904 tanévvel érvénybe lépő rendelet szerint a hittudori rang elnyeréséhez *egy értekezés és 3 szigorlat* szükséges.

A szigorlatok tárgyai a következők;

- a) dogmatika és apologéтика;
- b) biblikus szakok;
- c) egyháztörténet és egyházjog;
- d) erkölcsstan és lekipásztorkodástan.

Az értekezés tárgya a dogmatikát és apoliát kivéve, amelyek mellőzhetlen tárgyai a szóbeli vizsgálatnak, a nevezett szakok bármelyikéből választható. Az értekezés tárgyául választott szak nem képezi a szóbeli vizsga tárgyát.

Szigorlatra bocsáttatnak azok, akik valamely theologiai karnak rendes hallgatói voltak és tanulmányaikat szabályszerűen befejezték. Továbbá olyanok is, akik más valamely törvényesen szervezett theologiai intézetben fejezték be tanulmányait, ha államilag érvényes érettségi bizonyítvány alapján lettek felvételre. A szigorlatra bocsátás feltétele még a sikerült értekezés.

A *Pázmáneum növendékei* az eddigi kedvezményhez képest mint negyedéves hittanhallgatók tehetnek szigorlatot a szentirástudományból és csak a következő szigorlat előtt kötelesek értekezésüket benyújtani. Más kedvezmények a kar véleményének meghallgatása után a kultuszminiszternek vannak fentartva.

A biblikus szakokból csak olyanok bocsáttatnak szigorlathoz, akik a sémi tájszólásokat (szír, káld és arab) és az ó- és uj- szövetségi felsőbb exegesist legalább egy-egy féléven át hallgatták. Ezen kötelezettség alól a kar véleményének meghallgatása után csak a kultuszminiszter menhet fel. Ezen esetben azonban köteles a folyamodó ezen tárgyakból vizsgát tenni.

Az összes szigorlatokat ugyanazon karnál kell végezni. Kivételt csak a bécsi szent Ágostonról nevezett felsőbb papnevelő intézet tagjai képeznek, akiknek a kultuszminiszter idevonatkozólag engedélyt adhat.

A tudori rang elnyerésével járó költségek a következő összegekben lönök megállapítva :

Az értekezés megbírálásáért 40 korona, az egyes szigorlatok után 80 kor. a tudorrá avatásáért 120 korona fizetendő.

Ezen rendelet az 1903—1904. tanévvel lép életbe. Azok azonban, akik a régebbi rendszer szerint kezdették meg szigorlataikat, be is fejezhetik azokat az előbbi vizsgálati módoszatok szerint. Az uj szabványok csak azon egyetemi hallgatókra vonatkoznak, akik a jelen 1903—1904. tanév folyamán kezdik meg a szigorlatokat.

3264

1903

Az országos kath. tanítói segélyalap új alapszabályait a nm. püspöki kar nevében Ő Eminenciája a biboros herczegprimás úr és a nm. kultuszminiszter úr jóváhagyván, felhívom a nt. kerületi esperes-tanfelügyelő urakat, hogy a segélyalap tagjai részére a régi tagsági könyvecskéket az új alapszabályokat tartalmazó új tagsági könyvecskékkel kicseréljenek. Egy példány ára 10 fillér. Megrendelhetők dr. Walter Gyula, praelatus-kanonok, elnök urnál Esztergomban. Ez alkalommal felkérem a nt. ker. esperes urakat és t. lelkészke dő papságot, hogy az orsz. kath. tanítói segélyalapot, melynek üdvös célpontját eddigi eredményei is elégé igazolják, hathatós támogatásukba vegyék. E célból a segélyalapot és annak alapszabályait ismertessék meg s buzditsák a tanító urakat, hogy a segélyalap tagjai közé lépjene be, mert csak így lesz képes a segélyalap kitüött nemes célpontnak megfelelni.

3265

1903

A m. kir. vallás- és közoktatásügyi ministernek 1903. évi 43542. számu körrendelete a középiskolai tanévre két félévre való osztása tárgyában.

Ministeri  
körrendelet  
a középiskolai  
tanévre  
két félévre  
való beosztá-  
sa tárgya-  
ban.

Valamennyi tankerületi kir. főigazgatónak, a fiumei kormányzónak és a budapesti középiskolai tanárképző intézet igazgatóságának.

A köznevelés helyes irányításának érdeke nemcsak azt kivánja meg a közoktatási kormánytól, hogy az intézmények kivánatos állandósága fölött örködjék, hanem azt is, hogy nagyobb időközökben vegye vizsgálat alá az intézményeket és fennálló szabályokat abból a szempontból, vajon nem volnának-e másokkal helyettesítendők, vagy a tapasztalatok utmutatásai szerint módosítandók, vagy általában a változott viszonyokkal összhangzásba hozandók.

Ezen elvi álláspontomból kifolyólag (mely egyebek közt a középiskolai tantervek átvizsgálására indított), elérkezettnek látom az időt arra, hogy a tizenkét év óta érvényben levő s hivatali elődömnek 1890. évi 23583. sz. a. kelt rendeletével kibocsátott Középiskolai Rendtartást a maga egész terjedelmében átvizsgáltassam, ami végből az Országos Közoktatási Tanácsot a szükséges tanulmányok és javaslatok megtételére egyidejűleg felkértem.

Addig is mig ez a nagyobb keretben mozgó revízió megtörténhetnék, a tanulmányi rendnek azt az egy intézkedését, mely az iskolai évnek időszakokra való felosztását szabályozza, már most módosítani kívánom, találkozva e részben a szakköröknek majdnem egyhangú véleményével, nemkülönben a szülöknek a nyilvánosság utján is több izben kifejezett óhajaival.

Eltekintve attól az ethikai mozzanattól, hogy a karácsonyi és esetleg husváti szünetet megelőző időpont a tanulmányi eredmény elbirálására nem látszik alkalmasnak, az időszaki osztályozás jelenlegi rendjének megváltoztatására irányuló didaktikai okok között főleg kettő érdemel különös figyelmet:

Egyik abban az elvi követelményben jut kifejezésre, hogy a tanítás folytonosságát lehetőleg ritkán szakitsa félbe oly ténykedés, mely a tanulmányi eredményt nem biztosítja, sem a tanítás belső értékét nem fokozhatja. A másik ok abban a tapasztalati tényben találja erejét, hogy nagyobb népességű tanintézetekben, illetőleg osztályokban a heti két-három órás tantárgyak tanárai egy-egy évharmadnak aránylag rövid tartama alatt a legközvetlenebb tanító eljárásokkal sem szerezhetnek mindenkor oly alapos tudomást növendékeik haladásáról, aminő az egyenkint való elbiráláshoz mulhatatlanul megkívántatnák.

Méltányolva ezeket az okokat, a Középiskolai Rendtartás 20., illetve 36. és 37. §-ainak azt a rendelkezését, mely szerint a tanulók a tanév alatt tanusított szorgalmuk és előmenetük feltüntetésére évenkint kétszer (dec. 23-án és március 31-én) kapnak értesítőt, ezennel hatályon kívül helyezem és oda módosítom, hogy f. évi szeptember hó 1-től kezdve a tanulók tanévenkint csak egy időszaki értesítőt

fognak kapni, mely január 31-én, az utolsó tanítási órán osztandó ki és mely a megelőző napokban, azaz: január utolsó napjaiban tartandó értekezlet megállapodásait tartalmazza.

Külön is hangsulyozni kívánom, hogy a tanévnek ezen intézkedésem következtében két félévre való osztását kizárálag alaki jelentőséggel bírónak tekintem s hogy ezzel a módosítással korántsem óhajtom visszaállitani az évtizedekkel ezelőtt divott rendszert, melynek értelmében a két félév élesen elkülönült egymástól s az első félév végén külön összefoglaló ismétlések és szigorú vizsgálatok tartattak. A most elrendelt intézkedés nem jelent nyugvópontot a tanulmányok menetében; nem jelenti a tanévre kiszabott anyagnak két önálló részre osztását s nem kiván alkalmat adni külön félévi ismétlésekre vagy összefoglalásokra. E tekintetben tehát az osztályozásnak eddigi elvi alapja, ugyszintén az ismétléseknek és összefoglalásoknak jelenlegi rendje (mely szerint minden didaktikai nagyobb egység befejezése után összefoglaló ismétlések tartandók) érintetlenül marad.

Hangsulyozom továbbá, hogy e módosítással éppen nem kivánom kevesbiteni a szülői ház és az iskola összehangzó működése szempontjából fölötté fontos ellenőrző értesítéseket, melyeknek célja a szülöket különösen abban az esetben tájékoztatni gyermekéikről, amikor az utóbbiak akár tanulmányi, akár segíymi tekintetben nem felelnek meg a követelményeknek s mikor a szülői háznak támogatására a javulás érdekében különösen nagy szükség van. Ezért a fenti rendelkezés folyományaképpen az ellenőrző értekezletek idejét, a Középiskolai Rendtartás 35. §-a első pontjának hatályon kívül való helyezése mellett következőleg állapítom meg: „Az ellenőrző tanácskozások minden tanévben október utolsó hetében, továbbá deczember és március közepén, ugyszintén május első hetében tartandók.”

A tanévnek két időszakra való osztása következtében módosul továbbá a Középiskolai Rendtartásnak a módszeres tanácskozásokra vonatkozó 34. §-a is, amennyiben ezentul csak két ily tanácskozás tartandó: az első szeptember, a második február hó első hetében.

Módosulnak végül az 1895. évi juliust 29-én 40201. sz. a. kiadott és a tandíjak kezelésére vonatkozó szabályzat 31., 32. és 33. §§-ai is, melyekben mindenütt az „időszak” szó „félév”-vel kicserélendő.

A tandíjmentességiüket vesztő tanulókról beterjesztendő kimutatás határideje is jan. hó 15-ről február 15-ikére tételek át.

Előrelátható, hogy minden középiskola saját segíymi szabályzatában is foglaltatnak oly szakaszok, melyek a tanévnek évharmados felosztását veszik alapul s melyek módosításra szorulnak, valamint fenn fog forogni annak a szüksége is, hogy az igazgatók némely felterjesztéseinak határideje módosítassék. Mindezeknek a helyi viszonyuktól feltételezett vagy a főigazgatói hatáskörhöz tartozó rendelkezéseknek jelen intézkedésemmel való összhangba hozatalát Czimedre, illetőleg Czimed felügyelete és ellenőrzése mellett a középiskolák tanárai karaira bizom.

Végül figyelmeztetendök a rendelkezésem és vezetésem alatt álló középiskolák igazgatói, hogy jelen rendelettemmel egyidejüleg utasítottam a m. kir. tud. egyetemi nyomdát, hogy a megfelelően módosítandó anyakönyveknek (fönévkönyveknek) és értesítöknek kellő számu példányait nyomassa ki és tartsa árusítás céljából készletben.

Erről Czimedet további sürgős eljárás végett oly hozzáadással értesitem, hogy abban a nem várt esetben, ha jelen rendeletem végrehajtása további intézkedésemet tenné szükséges, erről ide haladéktalanul tegyen jelentést. — Budapest, 1903. junius hó 22-én.

A nm. vallás- és közoktatásügyi m. kir. Miniszterium fenti körrendelete alapján ezennel elrendelem, hogy az 1903—1904. tanévtől kezdve a pécsi egyházmegye területén levő polgári leányiskolákban, valamint a tanító- és tanítónöképző intézetben szintén két félévre osztassék a tanév. Az első félév végével január hó 31-én *Értesítőt* kapnak a tanulók és a tanév végén rendes bizonyitványt.

3266

1903

Lackenba-  
cher-féle pá-  
lyázat bibliai  
munkára.

A magyar királyi vallás- és közoktatásügyi minisztertől. 54848/1903. szám. A Lackenbacher-féle alapítványból kitűzött pályadíjra vonatkozó hirdetést tisztelettel oly kéréssel küldöm meg idezártan a főtisztelendő egyházi főhatóságnak,

hogy azt egyházmegyeje áldozó papcságával, illetve a rend tiszta tagjaival közölni méltóztassék. Budapest, 1903. évi október hó 20-án. A miniszter meghagyásából: Dr. Tóth Lajos, osztálytanácsos. Valamennyi főtisztelendő róm. kath. egyházmegyei főhatóságnak, valamint a szt. Benedek, cziszterczi, piemontrei és kegyes rendek magyarországi fönökeinek.

54848. számhoz 1903. Pályázat! A Lackenbacher-téle alapítványból a következő bibliai kérdés legjobb megoldásáért 800 kor. tüzetik ki jutalmul:

„Quae est grammatica et lexicalis relatio Jeremiae prophetae ad Deutoronomium?

Quae non possunt probari per hanc relationem?“

Csatolandó a használt irodalmi segédeszközök pontos jegyzéke és egy betürendes tárgymutató.

A pályázat feltételei a következők:

1. Nem tarthat számot a jutalomra az a munka, mely nem felel meg a „Providentissimus Deus“ encyclica szellemének és nem mozdítja elő a tudományos kutatást. Hasonlóképen nem jutalmazható az a munka, amelyből nem tűnik ki, hogy a szerző járatos azokban a nyelvekben, a melyeknek ismerése a bibliai tanulmányok eredményes műveléséhez elengedhetetlen s melyeknek megtanulását a Lackenbacher-féle alapítólevél előmozdítani kívánja.

2. A pályamunka nyelve latin, vagy német; teljesen egyenlő értékű munkák közül azonban a latin nyelven irott előnyben részesül.

3. Pályázhatnak a négy részes egyetemi kar, névszerint: a bécsi, a prágai német és cseh egyetemek és a budapesti tudományos-egyetem hittudományi karainak rendes hallgatói, továbbá az osztrák-magyar monarchia minden római katholikus papja, kivéve az egyetemi tanárokat.

4. A pályamunkákat a bécsi cs. kir. egyetem theologiai fakultásának decanatusához legkésőbb 1905. évi május hó 15-éig kell beküldeni.

5. A pályamunkáknak sem kívül, sem belül nem szabad elárulniok a szerző nevét, mert különben a pályázatból kizáratnak. Hanem a munkák jeligével látandók el és lepecsételt borítékkal szerelegendők fel, mely kívül a jeligét, belül pedig a szerző nevét és lakását tartalmazza

6. A megjutalmazott pályamunka a biráló bizottság által ajánlott vagy megkivánt változásokkal, kiegészítésekkel és javításokkal kinyomatandó (átalány 400 korona).

(Megjegyzés: Ezért kivánatos, hogy a pályamunkák ne legyenek bekötve és a papirnak csak egyik oldalára irva nyújtassanak be.) Bécsben, 1903. évi julius hó 8-án. Az alsó ausztria csász. kir. Helytartóságtól.

3267

1903.

A „Regnum Marianum“ intézet (Budapest, VII. Damjanich-utcza 50. sz.) „Zászlónk“ cím alatt egy rendkívül ügyesen szerkesztett és páratlan olcsóságú (előfizetési ára egész évre 2 korona) ifjúsági folyóiratot ad ki, — megjelenik minden hónap 15-ikén július és augusztus kivételével, — melyet a t. egyházmegyei papság-nak és általa a középiskolai ifjúságnak a legmelegebben ajánlok.

„Zászlónk“  
cz. ifjúsági  
lap ajánl-  
tatik.

Quinque-Ecclesiis, die 5-a Novembris a. 1903.

**Walter Antonius, m. p.**

vicarius capitularis.

## XVI.

3724

1903

A főmagasságu és főtisztelendő biboros hercegprimás urnak az esztergomi főegyházmegye híveihez intézett intelmét alább egész terjedelmében oly felhívás kapcsán közlöm a tisztelendő lelkészkek papsággal és minden templomok elől járóival, ahol nyilvános isteni tiszteletek és szent beszédek tartatnak, hogy szent karácsony ünnepén a szent beszéd tartalmát ebből merítsék.

*Tisztelendő Testvérek!*

*Kedves Hívek!*

Karácsonyi  
intelem a  
hívekhez.

Közelednek áldott pillanatai az isteni szeretet azon megnyilatkozásának, amelyre évezredeken át forró edényssel vártak a nemzetek.

Közelednek azon örvendetes pillanatok, midön az angyalok karában megzendül az ének: „Dicsőség a magasságban Istennek és békeség a földön a jóakaratu embereknek“.

És leszáll mennyei trónjáról az ég és föld királya, a béke fejedelme, hogy kiengesztelje és összekapcsolja az eget a föddel; hogy mint az emberiség legfőbb Tanítója, legszelidebb Törvényhozója, legnagyobb Jótevője békét létesítzen Isten és ember között; megszentelést, boldogságot, egyetértést, szeretetet öntsön az emberi szívbe.

Az az ünnepies mély csend, mely az egész világon beállott akkor, midön a Fiú Isten testet öltve, a földön megjelent, előre hirdeté, hogy elérkezett az Isten országa, mely az Apostol szavai szerint: „igazság, béke és öröm.“<sup>1</sup>

A békeség és öröm e napjai előtt, midön e sorokat írjuk, fájós érzések vegyülnek ünnepi hangulatunkba, mert attól félünk, hogy az angyalok békeséget hirdető éneke viszhang nélkül száll el drága hazánk földje fölött.

Elborul hazafiú lelkünk, midön látjuk, hogy verőfényes napsugár helyett sötét felhők tornyosulnak hazánk egén.

<sup>1</sup> Róm. XIV. 17.

Szorongó aggodalom fogja el szivünket, midön érezzük, hogy zavartalan nyugalom helyett belső bajok gyötrik országunkat, melyekre a szent írás e komoly szavait alkalmazhatjuk: „Aggodalom és szivrettégesben vannak Ádám fiai. Búslás és félelem emészti ugy azt, ki a dicsőség székében ül, mint a ki a földig lealázatott. Aggodalom zavarja gondolatait ugy annak, a ki koronát visel, mint aki durva vászonba öltözik.”<sup>1</sup>

Az Üdvözítő leszállott a földre, hogy az égi hazába vezető utat mutassa meg az emberiségnek, de e mellett tanította és példát adott, miképen kelljen szenetrünk földi hazánkat.

Azok a könyek, melyeket a pusztulása felé közeledő Jeruzsálem fölött ontott, a hazájához jó- és balsorsban törhetetlenül ragaszkodó hazaszeretetnek forrásává lettek.

Ebből fakad a mi hazaszeretetünk is, melynek eszménye a hármas jelszó: Isten, király és haza.

Istent imádni, a királyt tisztni, a haza javát előmozdítani: ez a Krisztus Urunk által megszentelt hazaszeretetünk lényege.

Tanu a történelem, hogy hazánk akkor volt erős küllelenségeivel szemben, akkor volt elégedett, boldog, határain belül, midön polgárai az Isten, király és haza iránt kötelességeket lelkismeretesen teljesítették.

Azért, ha vissza akarjuk szerezni édes hazánknak a béke áldásait, ha gyógyítani akarjuk sebeit, melyektől jelenleg vérzik: akkor a Krisztus Urunktól megszentelt hazaszeretet erejét ujitsuk meg sziveinkben és odaadó készséggel teljesítsük a tiszta hazaszeretet kötelmeit.

Lelkes hódolattal ragaszkodjunk első sorban a hazának koronás fejéhez, felséges királyunk fölkent személyéhez.

Ne hiányozzék erényeink koronájából soha annak a rendületlen hűségnek drága köve, melyet dicső öseink már Etelközben igértek és századokon keresztül szilárdan megőrzitek.

Csak királyával egyesülve és szoros kapcsolatban győzheti le a nemzet a békés életét háborgató bajokat.

Mindig, de főleg jelenleg, midön a belső békesség áldásait nélkülözzük, szívleljük meg szent Pál apostolnak intelmét: „Kérlek, legyenek könyörgések, imádságok és kérések minden emberért, a királyokért és mindenekért, kik méltóságban vannak, hogy nyugalmas, csendes életünk legyen . . . a hitben, szeretetben, szentségen és józanságban.”<sup>2</sup>

És a királyhoz való rendületlen ragaszkodás mellett teljesítsük a hazaszeretet ama kötelességét, melyre a nemzetek Apostola buzdít, midön így ír: „Minden lélek engedelmeskedjék a felsőbb hatóságoknak, mert nincs hatalmasság, hanem

<sup>1</sup> Jézus Sir. fia XL. 1. 5. — <sup>2</sup> II. Tim. 1. 2. 15.

csak Istenről, a melyek pedig vannak, az Istenről rendeltettek. Annakokáért szükséges, hogy engedelmeskedjetek nemcsak a büntetés miatt, hanem a lelkismeret miatt is.”<sup>1</sup>

*Tiszteletendő Testvérek!*

*Kedves Hivek!*

Bethlehem falain kívül egy alacsony barlang jászolyában szegényes poliyákba göngyölve nyugszik a királyok királya, az isteni kisded, kihez a próféta szavai szerint „a nemzetek sietnek.”<sup>2</sup>

Siessünk mi is e jászolyhoz és leborulva az isteni kisded előtt tárjuk ki Előtte hazaszeretetünk aggodalmait, könyörgéseit, esdekléseit.

Fordulunk az Üdvözítőhöz és szüz Anyjához öseinknek buzgó fohászával imádkozván :

Add Uram Jézus, hogy e hazában virágozzék az Egyház és Haza iránti buzgalom, az egyetértés és szeretet.

És te Istennek dicsőséges Anyja, magyarok Nagyasszonja, emlékezzél meg örökségedről, melyet hű szolgád, első királyunk és apostolunk, szent István, néked felajánlott és végrendeletében néked hagyott.

Tekints kegyes arczzal országodra és dicső érdemeid által légy közbenjárónk és szószólónk szent Fiadnál, Jézus Krisztusnál. Könyörgünk Nagyasszonunk apostoli királyunkért, hogy hosszú életet, csendes országot, erős hadsereget, hü tanácsadókat, jó népet, a világ békességét és minden nyerd meg neki, a mitő mint ember és mint király kíván, hogy így népéét szentségen és igazságban sokáig szerencsésen kormányozhassa, a siron túl pedig az örök élet koronáját elnyerhesse.

Könyörgünk Nagyasszonunk, egész népünkért. Örökséged polgárait örizzen meg minden büntől, kegyességed által kormányozza, Isten szeretetében és félelmében megtartsa.

Légy minden bajos ügyünkben szószólónk szent Fiadnál, hogy az ö akarata szerint rendezzük életünket és téged mindenha Nagyasszonunknak, különös pártfogónknak valljunk és tiszteljünk is életünknek minden napjaiban. Amen.

3725

1903

**Festo Nativitatis** D. N. I. Christi a. c. in feriam VI. incidenti **esus carnium** *lege communi permittitur.*

Dispensatio  
in lege absti-  
nentiae.

SS. D. N. Pius Papa X. insuper benignissime indulgere dignatus est, ut fideles **festo Circumcisionis Domini**, prima Januarii a. 1904. incidenti in feriam VI., quia est festum fori, fideles **carnibus vesci possint**.

Quod eum in finem communico V. Clero Curato, ut indultum hoc die dominica praecedenti ex ambone populo fideli notum reddat.

Quinque-Ecclesiis, die 15-a Decembris a. 1903.

**Walter Antonius, m. p.**  
vicarius capitularis.

<sup>1</sup> Róm. XIII. 1—7. — <sup>2</sup> Mich. IV. 2.

XVII.

Venerabiles Fratres,

3787

1903

Primum vos hodierna die ex hoc loco Nobis alloquentibus, illud ante omnia occurrit animo, attingere oportere factum proximo tempore, quum delatam per vestra suffragia Apostolici fastigii dignitatem declinare obtestando conati sumus. Etenim nolumus, id Nos fecisse ob eam rem arbitremini, quod aut parum voluntatis vestrae significatio honestissimumque de nobis iudicium moveret, aut pigeret etiam laborare amplius Ecclesiae causa cui quidem aetatem omnem animamque devotam haberemus. Verum quum explorata Nobis esset sive inopia virtutis Nostrae sive exiguitas ingenii, quumque simul constaret, quae quantaque a Pontifice Romano essent iure expectanda, quid mirum si tanto sustinendo muneri Nos ipsos plane impares fore videbamus? Profecto evangelica curare ut vulgo serventur praescripta, rite custodian tur consilia; sarta tecta Ecclesiae praestare iura; multiplices maximasque dijudicare causas quae de societate domestica, de institutione adolescentis aetatis, de iure et proprietate extiterint; perturbatos civitatis ordines ad christianam aequabilitatem componere; brevi, terras expiendo caelis comparare cives: hae, inquimus, similesque Apostolici officii partes maiores eae quidem videbantur quam ut his viribus expleri digne possent. — Accedebat, id quod in Encyclicis Liteis proxime significavimus ut excipiendus locus eius esset Pontificis, cuius et studium in religione amplificanda fovendoque multipliciter pietatis cultu, et sapientia in profligandis erroribus horum temporum, doctrinaeque vitaeque christianaee integritate publice privatum revocanda, et providentia in relevanda humilium inopumque fortuna atque incommodis civilis societatis opportune subveniendo, sic eluxere, ut humani generis immortalem ei cum admiratione gratiam pepererint. Quem non deterreret haec tanta excellentia et magnitudo viri ab ista tamquam haereditate adeunda muneris? Nos certe, tenuitatem Nostram reputantes, deterrebat vel maxime.

At quoniam arcanae Dei voluntati visum est supremi Apostolatus Nobis onus imponere, id equidem, ipsius ope auxilioque unice confisi, feremus. Quantum autem est in Nobis, certum destinatumque est, omnes curas cogitationesque illuc conferre, ut sancte inviolateque servemus *depositum* fidei, et sempiternae omnium saluti consulamus: eiusque rei gratia nihil quidquam aut laborum aut molestiarum unquam defugere. — Quum vero necesse sit christianaequae rei publicae quam maxime intersit, pontificem in Ecclesia gubernanda et esse et apparere liberum nullique obnoxium potestati, ideo, quod conscientia officii. simulque iurisiurandi quo obstringimur, sacrosancta religio postulat, gravissimam in hoc genere iniuriam Ecclesiae illatam conquerimur.

Porro ea Nos magnopere cogitatio recreat, in perfunctione tam gravi tamque difficiili ministerii huius paeclaro Nobis adiumento vestram, Venerabiles Fratres, et prudentiam et navitatem fore. Siquidem ob eam praecipue causam adesse Nobis, divino munere beneficioque, Collegium vestrum novimus, ut administrationem Ecclesiae universae, consilia operamque conferendo, utilissime adiuvet. Quocirca dicere vix attinet, illud Nos solemne habituros, in omni rerum cursu, praesertim si qua causa gravior inciderit, iudicii sollertiaeque vestrae subsidium expetere; idque eo etiam, ut pro sua quisque parte immensum officii onus, quo premimur, sustineatis. Quippe res agitur ea, quae praeter haec fluxa bona ad immortalia pertineat; nullis locorum inclusa finibus, orbis terrarum rationes complectatur: evangelicorum reverentia praceptorum in omni tueatur genere; denique curas Nostras non ad fideles modo, sed ad homines afferat universos, *pro quibus mortuus est Christus.*

Itaque mirari licet, esse complures qui novarum rerum cupidine, ut est aetatis ingenium, coniicere laborent, quae Nostra gerendi pontificatus ratio futura sit. Quasi vero investigatione res egeat, aut planum non sit, Nos eam ipsam insistere velle, nec aliam posse viam, quam decessores Nostri usque adhuc institerint. *Instaurare omnia in Christo,* hoc ediximus Nobis esse propositum; et quoniam *Christus est veritas,* idecirco obeundum Nobis est in primis magisterium et paeconium veritatis. Hinc simplex, dilucidus sermo Iesu Christi et efficax perpetuo curabimus, di manet ex ore Nostro alteque inculcetur animis, sancte custodiendus; quam quidem custodiam Ipse adiumentum dignoscenda veritatis voluit esse maximum.: „*Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.*“<sup>1)</sup>

Pro munere autem tuendae veritatis christianaequae legis, Nostrum necessitate erit: notiones illustrare et asserere maximarum rerum, sive natura informatas, sive divinitus traditas, quas nunc obscuratas passim atque oblitteratas videmus; disciplinae potestatis, iustitiae aequitatisque, quae convelluntur hodie, principia firmare; universos singulos, neque solum qui parent, sed et qui imperant, utpote omnes

<sup>1</sup> Ioann. VIII, 31—32.

eodem prognatos Patre, in privata publicaque vita, in genere etiam sociali et politico ad honestatis normam regulamque dirigere. — Utique intelligimus nonnullis ofensioni fore, quod dicimus, curare Nos rem etiam politicam oportere. Verum quisque aequus rerum iudex videt, Pontificem a magisterio, quod gerit, fidei morumque nequaquam posse politicorum genus diiungere. Praeterea caput quum sit rectorque summus perfectae societatis, quae est Ecclesia, ex hominibus coalescentis, inter homines constitutae, profecto velle debet cum principibus civitatum et gubernatoribus rei publicae mutua sibi officia intercedere, si catholicorum in omni ora ac parte terrarum velit et securitati et libertati esse consultum.

